Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift

de uentre meo fluant aque uiue. Fons ui
ue repleat mentem meam torrente uoluptatis tue
et inebria cor meum sobria ebrietate amoris
tui. ut obliuiscar que uana sunt et terrena.
et te solum iugiter habeam in memoria mea
sicut scriptum est. O memor fui dei et delectatus
sum. Da pspm scm tuum que significabant
aque ille. quas te sitientibus daturum promiseras
da queso toto desiderio et omni studio tendere
quo te ascendisse post resurrectionem die xl. cre
dimus. ut in presenti quidem miseria solo tene
ar corpore. tecum autem sim cogitatione semper
et auiditate ut ibi sit cor meum ubi tu es the
saurus mus desiderabilis et incomparabilis
multumque amabilis. In hoc enim magno hui
uire diluuio ubi circumflantibus agitamur. p
cellis non inuenit certa statio et locus emine
tior ubi pes columbe aliquatenus ualeat requi
escere. Nusquam tuta pax. nusquam secura quies.
ubique bella ubique hostes. foris pugne intus ti
mores. et quia altera pars sum celi. altera t
re corpus quod corrumpit. aggrauat animam.
idcirco animus mus sordet et animus mus fatigat